

Iuxta Hebreum habetur, qui fecerunt habitare vieminas Asdodites, Hammonithidas, Moabichidas. Non narratur presentis, sed praeteritum crimen, non alienigenarum, sed Iudeorum qui duxerat uxores alienigenas. Et filii eorum pro dimidia parte loquebantur Asdodithice; & nesciebant loqui iudeice, sed secundum linguam populi & populi. Obiungaque eos & maledixi eis, & cecidi ex ipsis viros, non solum verbis sed factis castigauit eos. & decalauit eos. Iuxta Hebreum habetur. & pilos euulsi eis. Non solum percutit, sed etiam affixit euulstone pilorum, & adiurauit eos in Deo. Nomen est Elohim. ut non darent filias suas filiis eorum, & non acciperent de filiabus eorum filii sui & sibi ipsi. Punivit facta & prouidit adiuratione iterum fierent. Nonne propter istas peccauit Selomo rex Israel? & in gentibus multis non erat rex simile ei, & dilectus Deo suo erat, & posuit eum deus regem super totum Israel. Nomen est Elohim. Etiam ipsum peccare fecerunt mulieres alienigenae. An & nos inobedientes faciemus omne malum magnum hoc ut praeuaricemur in Deum nostrum, ducendo uxores alienigenas? De filiis autem lo' iadah filii El'iasib sacerdos magni, gener erat Sanballat Choronite, Inter eos qui duxerant alienigenas uxores commemoratur in specie vnu sacerdos magna authoritatis, eo quod erat vnu ex filiis lo' iadae filii El'iasib pontificis: & hic innominatus erat gener Sanballat Choronite, quem fugauit a me. Ecce punitus sacerdotis. Recordare domine deus meus. Iuxta Hebreum habetur. & recordare eorum Elohem, Quia non valebat punire sacerdotem nepotem pontificis quantum merebatur, ideo punitione eorum commendat Deo supremo iudici. contra eos qui polluerunt sacerdotium, insique sacerdotale & Leuiticum. Legendum est. & paratum sacerdotii & Leuitarum. Isti enim cum El'iasib polluerunt pactum sacerdotum & Leuitarum: vt in principio huius capituli tractatum est. Igitur mundauit eos, Iuxta Hebreum habetur. Et mundauit eos ab omni alienigena. Praecedentia & subsequentia testantur quod pronomen eos demonstrat sacerdotes & Leuitas. Modus autem quo mundauit non est scriptus: an videlicet per diuortia, an per electionem a ministerio templo, quemadmodum dixit de nepote pontificis. & constituti ordines. Iuxta Hebreum habetur. & statuimus. hoc est ordinatas dispositiones vicibus & temporibus alternis. sacerdotibus & Leuitis uniuersitate in opere suo. Et oblationi lignorum in temporibus constitutis & primitiis. Statuisse se custodias dicit quo

ad

ad tria, primum quo ad sacerdotum & Leuitarum officia; secundum quo ad oblationem lignorum pro iugis igne altaris, pro qua iacte fuerant sortes ut scriptum est in cap. 10. tertium quo ad primitias que debebantur sacerdotibus. Et appellatione primitiarum intellige alia similia. memento mei Elohe mi in bonum. Terminat librum supplicando Deo iudici summo ut memor sit eius in distributione bonorum, faciendo ipsum participem summi boni, donando eum bono quod est vere bonum, quod est beatitudo aeterna. Et sic finitur liber Nehemias.

## THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI XYSTI, IN LIBRVM Ester commentarii.



N diebus Assueri. Iuxta Hebreum habetur. Es fuit in diebus Achas' ueros: ipse Achas' ueros imperans ab India & usq; ad Aethiopiam, centum & vigintiseptem prouincias. Iosephus in. 11. anno tiquitatum dicit regem huc fuisse filium Xerxis, & proprio nomine vocatum Cyrum: ita quod fuit alter Cyrus, sed a Gracis nuncupatus Artaxerxes, ab hebreis autem (vt hic appetat) nuncupatus Achasueros. Quare autem repetatur illius nomen, libenter disserem. In diebus illis quando sedet rex Achas' ueros in solio regni sui. Quia tempora Xerxis patris Assueri fuerant conturbata (vt historiae tradut) ideo dicit quod sedet (hoc est quietuit) in solio pacifice. Susa civitas regni eius exordium fuit. Iuxta Hebreum habetur. quod in Susan palatio. Solium regium in palatio Susan narratur. In anno tertio regni sui fecit coniunctionem omnibus principibus & seruis suis: fortissimi Persarum, & Medorum, incliti & praeclaris prouinciarum. Iuxta Hebreum habetur. ducibus & principibus prouinciarum ante se. Ita quod legendum est fortibus Persarum & Medorum: & ibi fiat punctus, & subiungatur ducibus & principibus &c. Ut ostenderet diuitias gloria. Legendum est. honoris regni sui. diuitias siquidem honoris regni sui ostentabat, ac magnitudinem

tudinem atque iactantiam potentie sue. Iuxta Hebreū habetur. & delitias glorie magnitudinis sue. Diuitias ac delitias iactatus, conuiuum fecit multo tempore centum videlicet & ologinta diebus, qui consurgunt in menses sex: aliis primo mente, aliis secundo mense &c. venientibus.

Cunq̄ implerentur dies isti, fecit rex toti populo inuenio in Susan a magno usque ad parvum, conuiuum septem diebus: in vestibulo horti & nemoris quod regio cultu & manu constatum erat. Iuxta hebreū habetur. in atrio horti palatii regis. Ita q̄ nihil dicitur de nemore: sed locus conuiuii dicitur atrium horti palatii regis. Et pendebat ex omni parte tentoria. Interpres hoc addidit: quia hebraica litera mutila est. nā post illa verba palatii regis, immediate subiungitur. Album viride & aereum tenuum in funibus byssi & purpura, super circulos argenti & columnas marmorū. Sic iacet in hebreo: & proculdubio significantur aulea talium colorum: scilicet albi, viridis & aerei, pendetia funibus byssi & purpura &c. lectiq̄ aurei & argento super pavimentū smaragdino & pario strati lapide dispositi erant, quod mira uirtute pictura decorabat. Iuxta Heb. habetur. super pavimentum porphyreum & marmorū & parii & preciosi. Quatuor lapidum genera in pavimento commemorantur, nec aliud de pavimento scribitur: quartum tamen genus incertum est, à mercatura nominatum. Bibebant autem qui innitati erat aureis poculis, & aliis atque aliis vasis cibi inferebantur. Iuxta Hebreū habetur. Et propinabant in vasis auri, & vase ex vasibus mutantes. Narratur q̄ non solum porrigebat potū in poculis aureis, sed etiam q̄ mutabant pocula ita quod non oporebat expectare alios bibentes ut poculum haberetur. vinumq̄ ut magnificientia regia dignum erat, multum & pricipiū ponebatur. Nec erat. Deficit vna clausula ante hæc duo ultima verba. Et potus secundum consuetudinem. Deinde sequitur. nō cogens: quia sic statuerat res omni maiori domus sue ad faciendum sicut voluntas viri & viri. Narratur quod potus siebat secundum consuetudinem seu legem. utrumq; enim hebraica significat dictio: quia ordinatē secundum vniuersitatem morem potabant, quia rex sic statuerat, ne insimis aliis quibus iniuria fieret. Vashī quoque regina fecit conuiuum feminarum; in palatio ubi rex Achas' ueros manere consueverat.

**I**Taque die septimo cum rex esset hilarior & post nimiam potationem insculpsit mero. Iuxta Heb. habetur. In die septimo cum bonum cor regū in vino. nec aliud dicitur. Et significatur cor regis latifaciatum

latifaciatū ex vino: ac per hoc excitatū ad ostētandā pulchritudinem reginæ, precepit Mehumā, Bixhe Charbone, Bighe et Abagibe, Zethar, & Charchas, septem eunuchis ministrantibus ante faciem regis Achas' ueros. Ut adduceret reginam Vashī coram rege cū corona regni: ut ostenderet populus & principibus pulchritudinem eius. Quanuis non omnes simul credatur venisse principes & fortis, perseuerauerunt tamē omnes usque ad finem conuiuii. erat enim pulchra valde. Iuxta Hebreū habetur. quia bona asperita ipsa. Ratio monstrandi pulchritudinem reginæ redditur, quia bona, hoc est delectabilis visu erat. diuiditur enim bonus in honestum, utile & delectabile: & hoc in loco sumitur bonus pro bono delectabili.

Qua renuit venire ad regis imperium quod per eunuchos mandaverat. Relatiū est quod & nō coniunctio. nō enim redditur ratio quare regina renuerit, sed narrat factum iuxta hebraicam veritatem. & iratus est rex valde, & ira eius successa est in eo. Interrogauitque sapientes qui ex more regio ei semper aderat, & illorum faciebat consilio scientium leges ac iura maiorum. Iuxta heb. habetur. Et dixit rex sapientibus scientibus temporū: quis sic verbum regis coram omnibus scientibus legem & iudicium. Consuluit sapientes scientes temporum (hoc est pollentes notitia occasionum euuentium in temporibus) ad prouidendum quid factō opus sit, quia sic verbum regis solitum erat tractari ac discuti, videlicet coram scientibus legem ac iudicia. & est sermo de lege regni. Et propinquus ei Charsena Sethar Admatha Tharsis Mares Maresca Memuchan: septem principes Persarum & Medorum videntes faciem regis, sedētes primi in regno, Iuxta legem quid faciendum est regina Vashī, eo quod non fecit dictum regis Achas' ueros in manu eunuchorum.

Dixitque Memuchan coram rege & principibus: non solum regens laesit. Iuxta Hebreū habetur. Nō super regem solum ipsum iniquum fecit regina Vashī. Non enim laesio sed tortum seu iniquum significatur. Sed contra omnes principes & contra populos qui sunt in omnibus prouinciis regis Achas' ueros. Egredietur nō sermo regine ad omnes mulieres ut contemnant maritos suos. Deficit. In oculis fuit, quod est longe peius. dum dicent, rex Achas' ueros iusfit ut regina Vashī veniret ad se & noluit. Atque hoc exemplo omnes principum consuges. Iuxta Heb. habetur. Et die istum dicent domine Persidis & Media, sed sententia in idē redit. nā gesta in die isto dicet dominus Persarum & Medorum. parviperpend imperia

## ESTER

peria maritorum. Iuxta Hebræum habetur. quæ audierunt verbum regis cunctis principibus regis. Nec aliter explicatur quid dicent: sed quod commemorabunt diem istum ut non pareat maritis. unde regis iusta est indignatio. Iuxta Hebræum habetur. & multa vilipendio & ira. Effectus secuturus in coniugibus prædictior duplex. alter ex parte vxorū: videlicet quod multum vilipendent maritos. alter ex parte maritorum: videlicet multa ira aduersus uxores. Si regi placet egrediatur editum à facie eius. & scribatur in legibus Persarum. & Medorū. & non prætereatur: quod non veniat Vashī coram rege Achās neros. & regnum eius de rex alteri meliori ea. Audiaturq; verbum regis in toto regno eius. quia amplum est: & omnes uxores praestabunt honorem mariti sui à magno usque ad parvum.

Et placuit verbum in oculis regis & principum: fecitq; rex iuxta verbum Memuchan. Et misit epistolas ad omnes prouincias regni sui. ad unamquaque prouinciam iuxta scripturam eius & ad unumquaque populum iuxta linguam eius: esse omnes viros principes. Iuxta Hebræum habetur. ut sit quilibet vir dominans in domo sua. ad hoc enim tenebat vniuersum hoc consilium. ut viri dominarentur uxoribus. & hoc per cunctos populos diuulgarī. Iuxta Heb. habetur. & loquens sicut lingua populi sui. de marito dicitur & quod sit dominans in domo sua. & quod sit loquens iuxta linguam populi sui: hoc est quod sic dominetur ut tamen præcipiat iuxta morem populi sui. moderatio siquidem est dominii maritorum.

## CAPVT II.

Isgelis postquam defebuerat indignatio regis Achās neros: recordatus est Vashī. quæ fecisset vel quæ paf-

H sa esset. Iuxta Hebræum habetur. & quod fecit. & quod diffinuit fuit super eam. videlicet ut nō ingrederebatur ultra ad regem. Dixeruntq; pueri regis ministri eius: querantur regi pueræ virgines boni aspectus. Nisi vidissent moestū regis animū ob priuationem. Vashī reginæ. nequaquam hoc consilium dedissent in remedium diuertendi amore regis à repulsa regina. & præficiat rex prefectos in omnibus prouinciis regni sui. & cogregent omnes pueræ virgines boni aspectus ad Susan palatium ad dominum mulierum ad manū Hegai eunuchi regis custodis mulierum: & accipiant mundum mulierem & cetera ad usus necessaria. Iuxta Heb. habetur. & dando concinnationes earū. Unico verbo cōprehenduntur cūcta quæ ram ad purgandum quæ ad præparandum & ornandum mulieres

## CAPVT II.

473

lieces spectant. Et puella quæ placuerit in oculis regis. regnet pro Vashī: placuisse sermo regi. & fecit sic.

**V**ir Lehudæus erat in Susi ciuitate. Iuxta Hebræum habetur. in Susan palatio: & nomine eius Mardocheus. Palatinus describitur Mardocheus. filius Ias filii Simhi filii Cis. Non est iste Cis pater olim Saulis regis. sed proauus Mardochei. de stirpe Iemini. Hebraicè habetur. viri Bin'athis. Tribus Cis natratur. Qui trāstatis fuerat de Ierusalaim cum iis qui trāstatis fuerunt cum Iechon'ia. rege Lehuða: quos trāstulit Nebu'chadnezar rex Babel. Pronomen. qui refert Cis. ita quod nō est sensus q; Mardocheus fuerit captiuatus cum Iechonia. sed q; Cis proauus eius transmigraverit cū Iechonia in Babylone ex Ierusalem. quæ erat in tribu Bēiamin. propterea enim genealogiā Mardochei texuit vsq; ad Cis proauum & nō a cedidit ultra. quia ipse Cis fuit ductus in Babylonem. Qui fuit. Iuxta Hebræum habetur. Et fuit nutritus. Ad Mardocheum reddit. natum in Babylonie seu Persia. filie fratris sui. Hoc nō habetur in hebreo: sed statim sequitur. Hada'e. ipsa Ester filia patrui eius. Et pronomen eius demonstrat Mardocheū. ita quod Ester non fuit filia fratris Mardochei. sed fuit filia patrui Mardochei: ac per hoc fuit patruelis seu consobrina fotor Mardochei. & viruq; parentem amiserat. pulchra nimis & decora facie. Iuxta Hebræum habetur. quia non ei pater & mater: & puella pulchra forma & bona aspectu. laudatur. n. tum pulchritudo figure. tu quod delectabilis erat conspectui aliorum. mortuisque patre & matre eius. Mordochei accepit eam sibi in filiam.

Cumque percrebuisse verbū regis & editum eius. & multa virginis adducerentur in Susan ad manū Hegai. Ester quoque intercesserat. pueras ei tradita est. Iuxta hebræum habetur. sublata est Ester in domū regis. nō furtiū nec vi. sed de consensu Mardochei data petentibus eā. ideo enim scribitur sublata. ut intelligatur nō sponte oblata. sed petita propter eius pulchritudinem. ut seruaretur in numero feminarū. Quæ placuit ei. Pronomē ei. eunuchum demonstrat præpositū pueris: ut contextus hebraicus testatur. nā sic legitur. ad manū Hegai custodis mulierū. Et placuit pueră in oculis eius. & eleuavit gratia in cōspectu eius. Ad instar eleuatis obtulit se gratiosam Ester in cōpetitu eunuchi. tanquā munus aliquod gratū eidem obtulerit. & præcepit eunicho. Nō habetur hoc in hebreo: sed immediate subiungitur. & accepterant cōcinnationes eius. proculdubio eunuchs

Ooo

chus

chus. & partes eius vt daret ei. Pertinentia ad victum significatur. & septem puellas speciosissimas de domo regis. Dictio hebraica non significat speciositate, sed potius proutitudinem: vt intelligamus septem puellas propterea ad obsequia ipsius Ester. & tam ipsam quam pedissequas ornaret atque excolleret. Iuxta Hebreum habetur. & mutauit ea et puellas eius in bonum domus mulierum. prouidit siquidem eunuchus de optima aula in domo mulierum ipsi Ester. vt etiam ex loco habitacionis seruaretur bona dispositio corporis Ester. Non indicauit Ester populum suum & cognationem suam: quia Mordochai praecepit ei vt non indicaret. Et quotidie Mordochai deabulabat ante atrium domus mulierum: cura agens salutis Ester. Iuxta Hebreum habetur. ad sciendum pacem Ester & quid fuit in ea. Pacis nomine hebrei omne bonum comprehendunt.

Cinque venisset tempus singularum puellarum ut intrarent ad regem Achaeos, expletis omnibus que ad cultum mulierem pertinent mensis duodecimus vertebatur: ita duntaxat ut sex mensibus oleo ungenterentur myrtino. Iuxta Hebreum habetur. in fine cum essent in secundum legem mulierum duodecim menses, quia sic impiebatur dies concinnationum earum: sex mensibus oleo myrra. ita quod non myrtus, sed myrrha significatur. & aliis sex quibusdam pigmentis & aromatis vterentur. Iuxta Hebreum habetur. & sex mensibus in aromatis & in coccinatibus mulierum. nec aliquid certius scriptum est. Et in hoc puerilla veniebat ad regem: quid dicebat, dabatur ei ad venientem cum ea de domo mulierum ad domum regis. vespere intrabat, & mane reuertebatur ad domum mulierum secundam, ad manum Sahagham eunuchi regia custodis cōcubinarum: non intrabat amplius ad regem, nisi voluisset eam rex & vocaretur per nomen.

Euoluto autem tempore per ordinem. Non habetur in hebreo haec ultimae quinque dictiones: sed scribitur. Et cum aduenisset tempus Ester filia Abichail patru Mardochai quam ceperat sibi in filiam ut intraret ad regem. Hic clare dicitur quod pater Ester fuit patru Mardochei, non quasi mulierem cultum, sed quinque voluit Egeus eunuchus custos virginum huc ei ad ornatum dedit: erat enim formosa valde & incredibili pulchritudine, omniumque oculis gratiosa & amabilis videbatur. Pro tota ista clausula in hebreo habetur. non quasi sit rem, nisi quod dixit Hegesias eunuchus regis custos mulierum: & fuit Ester eleuans gratiam in oculis omnium videntium eam. Visque adeo describitur gratiosa apud oculos omniū, ut tanquam offerens munus eisdem habetur.

tur cum coram eis apparebat. Et sublata est Ester ad regem Achaeos ad domum regni eius, in mense decimo qui est mensis Teberthi in anno septimo regni eius. Et amauit rex Ester plusquam omnes mulieres, habuisse gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres. Iuxta Hebreum habetur. & eleuauit misericordiam & gratiam in conspectu suo praे omnibus virginibus. De rege sermonem esse tum contextus tu misericordia testatur. dictum erat quod rex amauit Ester praे omnibus mulieribus: & immediate subditur & eleuauit misericordiam & gratiam. non solum gratuito regis animo, sed etiam ipsius misericordiae attribuitur exaltatio Ester praे omnibus virginibus, eo quod eleuabat ea ferre de miseria ad regnum. gratiae siquidem erat asciscere ea in reginam: misericordia autem quod ex ignoto genere ei ex altaret eleuauit itaque rex misericordia & gratia in conspectu suo erga Ester praे omnibus virginibus. & posuit coronam regni super caput eius, & regnare fecit eam pro Vashti. Aduerte hic prudens lector duo. alterum quod Ester hebrei filialis & grata Deo (vt subiecta testatur) nupsit regi ethnico habenti plurimas uxores cōcubinas secundum morē illius temporis. nec illa sit mentio alicuius dispensationis aut inspirationis diuinæ: quin potius testatur scriptura quod in codice versata est periculo quo aliæ virgines, ut videlicet nisi stuprata a rege assumeretur in reginam remaneret inter cōcubinas regis: hoc enim factum testatur q[uod] pluralitas uxoru, quod mos erat, peccatum non erat. Alterum quod quia Ester erat hebreæ sub lege Mosis, rex vero Persarum ethnicus, ex hoc conubio habetur quod cultus disparitas quāvis in lege Mosis esset prohibita inter cōiuges, non tamen irritabat conubium: alioquin Ester non fuisset vxor Assueri. Tolerabile igitur malum hoc erat sub lege cum aliis nationibus non habitantibus in terra promissionis. & hinc arguitur quod cultus disparitas non irritat hodie matrimonia nisi ex constitutione ecclesiarum valde rationabili. Fecitque rex coniunctionum magnū omnibus principibus & seruis suis, coniunctionem Ester: & dedit requie vniuersis provinciis. Iuxta Hebreum habetur. & relaxationem prouincias fecit. De qua autem relaxatione fit sermo, non est vñqueaque clarum: certum tamen est quod relaxauit inquisitionem virginum pulchritudinum quæ per prouincias siebat. & dona largitus est iuxta magnificientiam principalem. Iuxta Hebreum habetur. sicut manus regis. hoc est sicut decebat manum regiam.

**C**VMq; secundo querentur virgines & congregarentur. Iuxta Hebraeum habetur. Et cum essent adunatae virgines secunda, Mordochai sedebat ad portam regis. Contextus insinuat congregationem hanc secundam fuisse factam regnante iam Ester: nam vnum atque idem tempus describitur perfecta istius congregationis, & habitantis Mardochei in porta regis, & obedientia Ester ad Mardocheum, & coniurationis eunuchorum aduersus regem, & denunciationis per Ester reginam. sed quorsum fuerit facta haec congregatio virginum secundo, nulla historia mihi nota tradidit, nec scio diuinare. Nondum prodiderat Ester cognationem & populum suum, iuxta preceptum Mordochai: & dictum Mordochai Ester faciebat, sicut cum nosterbatur apud eum. Testatur principiū octauī cap. quod verba ista rationem reddunt quare Mardocheus adhuc manebat in porta regis: quia videlicet regina non indicauerat regi quid sibi esset Mardocheus. nam in principio octauī cap. ratio redditur ingressus Mardochei ad regem, manifestatio cognationis inter Ester & Mardocheum.

In diebus illis Mordochai sedente in porta regis: erant sunt Bigthan & Thres, duo eunuchi regis qui ianitores erant & in primo palatiū limine residebant. Iuxta Hebraeum habetur, duo eunuchi regis ex custodibus malluui, nec aliud scribitur de eorum officio. Erant igitur isti eunuchi in numero custodum malluui: hoc est vasorum ad vsum regis deputatorum. volueruntq; insurgere in regem & occidere eum. Iuxta hebraeum habetur. & quae si res mittere manum in regem Achas' ueros. Non igitur veneno, sed gladio quærebant interficere regem. Quod Mordochai innovit, & nunciauit regina Ester: dixitque Ester regi nomine Mordochai. Quæstaque est res & inuenta, & suspensi sunt ambo super lignum. Considera duo facta eunuchorum istorum: alterum qd; irati sunt aduersus regem, alterum quod quæsierunt mittere manum. & perpedes non fuisse difficile ut innotesceret Mardocheo machinatio eoru: & similiter non fuisse difficile ut inquisita machinatio haec a rege inueniretur. ista enim exteriora facta (irasci videlicet & quærere mittere manum) facile coniunctur. & iussit rex ut in libro memoriali scriberetur, ut pro vita sua aliquid repensaret ei, mandatumque est historiis & annalibus traditum coram rege. Pro toto hoc residuo huius capituli iuxta heb. habetur. & scripta fuit in libro verborum dierū corā rege. Nec aliud in textu habetur, sed interpres ampliavit.

Et

Et hinc patet per librū verborū dierum significari annales.

**P**ost hanc rex Achas' ueros exaltauit Haman filium Medatha de stirpe Agag. Iuxta Heb. habetur. Agagā. seu Agagē. Quod nomen an sit nationis an patriæ an g̃tis Agag regis Hamalecitā (vt cōmutineret videtur intelligi) non est omnino certū: verū cū ignota sit tā natio qd; patria Agagē, & nota sit g̃s ex occiso rege Agag à Samuele. 1. reg. 15. hic sensus cōpletēdus est. Nec obstat qd; infertus ca. 15. dicit animo & g̃te Macedo: quoniam apocryphū est. & posuit soliū eius super omnes principes quos habebat. Omnesq; serui regis qui in forib; palatii versabātur, flectebāt genua & adorabant Haman, quia sic praeceperat ei rex: & Mordochai nō genuflectebat nec adorabat. Cui dixerūt serui regis qui ad fores palatii residebāt: cur trāsgreditis praeceptum regis? Cinq; dicebāt ad cū per singulos dies & ille non audiret eis, nunciauerunt Haman, scire cupiētes an perseueraret in sensūtia, quia indicauerat eis se esse Ichudā. Possunt hæc ultima verba referri vel ad rationē nō genuflectēdi (vt videlicet Mardocheus dixerit se nō genuflectere quia erat Iudeus) vel ad constantiā: vt quia Iudei pertinaces sunt in proposito, expeririētut an Mardocheus Iudeus perseueraret in proposito non adorādi Haman. At si quæris rationē quare Mardocheus noluit parere regis mandato ut genuflecteret adorando Hamā. nulla occurrit magis consentanea ratio qd; odiū inter Iudeos & Hamalecitas, præceptū à Deo Deut. 25. vbi & additur, cause ne obliuiscaris. Signū autē qd; ex huiusmodi inimicitia procedebat hæc irreuetitia, habetur ex infra scriptis in cap. 5. quod Mardocheus nō soli cōtinuit se à genuflexione, sed nec surrexit genuflectētibus aliis corā Hamā. hinc n. patet qd; nō timebat diuinū honore trāferre in hominem (afflurgere. n. nō erat diuinus honor) sed quod renuebat quēcūque honore exhibere Haman: quod ex odio fieri cōsequēs erat, pr̃supposito mādato generali regis cū tot monitionib; sociorum. Videlicet Hamā quod Mordochai nō sibi genuflectret nec se adoraret: & repletus est Hamā furore. Et cōcepit in oculis suis mittere manū in Mordochai sonū, quia indicauerat ei populu Mordochai: quæsiuitq; Hamā disperdere oēs Ichudāos qui erāt in toto regno Achas' ueros, populum Mordochai. Et in hoc redditur ratio quare Hamā decreuerit sanguine in Iudeos, quia videlicet erāt populus Mardochai: nec

Ooo iii alia

alia tangitur in litera ratio. in mense primo. inchoando annū à primo vere: nā primū mensē apud hebreos cōstituit luna primo plena à sole existente in ariete. (ipse est mensis Nisan) in anno duodecim regis Achas' ueros missa est sors in vīnā. luxta heb. habetur. iacta est pur (ipsa Ghoral) coram Haman. Aiunt pur ditionē esse Persicā. Ghoral autē hebraicā: & vīraq, significare sortem. In vīraq ergo lingua hebraicus textus nominavit sortem. nec vīlam facit mentionē vīnā, sed iactus sortis: qui quomodo fieret. latet nos. quo die & quo mēse gens Iehudā corum deberet interfici. & exiuit mensis duodecimus qui vocatur Adar.

Dixitq; Hamā regi Achas' ueros: est populus per omnes prouincias regni tui dispersus & à se mutuo separatus. Iuxta heb. habetur. & separatus inter populos. hoc est inter populos diuersos viuēs viuit separatus ab aliis. Et in hoc verum dixit experientia teste vīsq; in diem hodiernū. non ut vītēs legibus & ceremoniis. Iuxta heb. habetur. & leges eorū mutantes ab omni populo. Nihil dicitur de nouitate: sed q; leges Iudeorū alienat m̄ tres eorū ab omni populo. Et in hoc etiā dixit verū. et insuper regis scita cōtemnens. Iuxta Heb. Habetur. & leges regis non ipsi facientes. An in hoc verū dixerit nescit: de Mardocheo tamē hoc verificari certū est. p̄ quāto nō paruit regis mādato de honoratioē Hamā. & optimē nosti quōd nō expediāt regno tuo vt insolefaciat per licentiam. Pro hac clausula iuxta Heb. habetur. & regi non congruit dimittere eos. sic diuīsos inter alios & inobedientes. Si tibi placet. decerne vt pereat. Iuxta Hebrēu habetur. Si super regem bonum scribetur ad perdendum eos. Phrasis est hebraica. significās quod si bonum hoc videtur regi. scribantur literē ad perdendum Iudeos. & decem millia talentorum appendam arcariis gaza tue. Iuxta Hebrēu habetur. & decem millia talentorū argenti appendam manib⁹ factorū operis ad adducendum in thesauros regis. Quasi emere volebat Iudeorum vitam. Factores autem operis. gestores negotiorum regis appellat.

Tulitq; rex anū suū de manū sua: & dedit eum Haman filio Medaihē de progenie Agag. Corrigē vt supra. Agagai hostis Iehu dōrum. & intellige vt diximus. Dicxitq; rex ad Haman: argenti quod polliceris tuum sit. & de populo fac quod tibi placet. Vocatiq; sunt scriba regis in mēse primo in terciadecima die eius: & scriptum est iuxta omnia que praecepit Haman ad omnes satrapas regis & iudices prouinciarum diversarūq; gentiū. Parui referit p̄ hebraicē habetur. & ad duces qui super singulas prouincias. & ad princi-

pes singulorum populorum. ad singulas prouincias iuxta scripturam earum & ad singulos populos iuxta linguam cōrūm. nomine regis. Achas' ueros scriptum est & signatum anulo regis. materia enim nō exigit tam evāctam correctionem.

Et missa sunt literāe per cursorēs ad omnes prouincias regis vt delectent. occiderent & perdeverēt omnes Iehudeos à pucro vsque ad senem paruulos & mulieres in die uno. in tertiodécimo mēsi duodecimi qui vocatur Adar: & vt bona eorū diriperēt. Sūma autē literātū erat. vt omnes prouincia scirent & pararet se ad prædictā dīe. Iuxta Heb. habetur. ut poneretur lex in qualibet prouincia patens omnibus populis. vt essent parati ad diem istam. Sentētia est clara. mandat enim proponi publicum edictum patens populis omnibus. ad hoc vt tali die ad necem. Iudeorū parati essent. Egressiq; sunt cursorēs impulsi verbo regis. & lex posita est in Susā palatio: rē que & Haman fedērāt ad bibendū. & ciuitas Susā fuit turbata. Di- ḡo interpretata turbata. à quibusdam interpretatur perplexa. huiusmodi siquidem nouitas tam crudelis edicti. animos ciuium ad mortationē tali afficit. vt circa causam perplexi redenterunt no absq; animi interna cōmotione. CAP. IIII.



Ordochā autem cognovit totum quod factum fuerat. et scidit vestimenta sua. & induitus est sacerdotio spargens cinerem capiti. Iuxta Heb. habetur. & induitus est sacerdotio & cinere. nihilq; dicitur de capite. egressusque est in medium ciuitatis. & clamans clamore magno & amaro. Venitque vsque ad fores palatiū. non enim erat licitum induitum sacerdotio portam regis intrare. Et in cuiuslibet prouincia loco ad quē verbum regis & lex eius perverterat. laetus ingens erat Iehudāis. & ieunium & fletus & planctus: cinere & sacer multis pro strato videntibus.

Ingressa sunt autem puellæ Ester & eunuchū ius & nunciauerunt ei: quod audiens conseruata est. Iuxta Hebrēum habetur. & cōtristata est regina valde. audito facto Mardochei. misitq; vestim Mordochari vt ablato sacer indueret eam. & non recepit. Vocauitq; Ester Hathach eunuchum quem rex ministrum ei dederat: & precepit ei vt iret ad Mordochari. ad sciendum cur hoc faceret. Egressusque est Hathach ad Mordochari. ad plateam ciuitatis que erat ante portam regis. Et indicauit ei Mordochari totum quod acciderat sibi: & expositionem argenti quod dixit Haman se in thesauros regis ilataturum pro nece Iehudeorum. Exemplar quoque edicti quod pendebat in Susā. dedit ei vt regine ostenderet: & moneret eam vt intraret ad regem & deprecaretur cum pro populo suo. Venitque Coo iiii Hathach

Hatch: & nūcianuit Ester verba Mordochai. Dixitq; Ester ad Hatch: & praecepit ei ut diceret ad Mordochai. Omnes serui regis et populus provinciarum regis sciant, quod sine viri sui mulier non vocatus interius atrium regis intraverit, absq; villa cunctatione statim interficiatur. Iuxta Hebreum habetur. una lex eius ad moriendum, hoc est communis est cui libet una lex mortis, nisi ad quem ex tenderit rex virginem autem, & viuat: & ego non sum vocata ad veniendum ad regem huius trigesima diebus. Nunciauerintque Mordochai verba Ester.

Et dixit Mordochai ut responderent Ester, ne putes quod animam quam tantum liberes, quia in domo regis es pra cunctis Iudeis. Iuxta heb. habetur, non tacebis in anima tua, quia cuadet domus regis pra omnibus Iehudaeis, hoc est non tacebis omittendo preces apud regem pro Iudeis sciens vitam tuam saluam, quia domus regis exempta est ab huiusmodi necis edicto: vt pote prælata cunctis Iudeis. Si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Iudei. Iuxta hebreum habetur. Quod si tacendo tacueris in tempore isto, latitudo & euasio stabit Iehudaeis ex uno alio. Magna fiducia Mardochai in Deo manifestatur, dicit autem latitudo & euasio tanquam Iudei edicto illo angustias & mortis periculo expositi, in amplius spatium deducendi sint & euasuri prouidete Deo per aliud medium Iudeis. & tu & domus patris tuis peribitis. Minas sunt diuini iudicii imminentis si tacueris. & quis nouit vitrum idcirco ad regnum veneris ut in taliteriore parceris? Sensus est ut in tali tempore succurreres populo tuo a Deo preparata ad locum.

Dixitq; Ester ut responderetur Mordochai. Vade & congrega omnes Iehudaeos qui in Susian inueniuntur, & orate pro me. Iuxta hebreum habet. & reiunate super me. Ieiunium pro suffragio apud summum Deum petit, non comedatis neque bibatis tribus diebus & tribus noctibus. Iuxta heb. habet. tribus diebus nocte & die. Formam ieiunii prescribit non comedere nec bibere tribus diebus tam die quam nocte. Nec indiscreta fuit tanta inedia: quodquidem multi huiusmodi inedia sponte suscepérunt, & in tali ac tanto periculo populi parum fuit triduana inedia affligi. & ego cum ancillis meis sic ieiunabo. Sicut dicit regina se cum suis ancillis ieiunaturam sic, hoc est triduana inedia: ut ab exemplo eius, puocarentur Iudei ad ieiunandum sic. & tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens inuocata, tradensq; me morti & periculo. Iuxta Heb. habet. & in sic ingrediar ad regem quod non secundum

secundum lego, & sicut perii perii. Magna fiducia reginæ in ieiunio monstratur dicendo & in sic ingrediar ad regem: magnaq; charitas erga vitam populi, dicendo ingressum suum ad regem non esse legitimum quia non erat vocata. & offerre se morti deliberaat dicendo & sicut perii perii: hoc est quomodo cuncti contingat me perire ob talem ingressum, complector interitum. Iuitq; Mordochai: & fecit omnia qua præcepereat ei Ester.

Ie autem tertio completo, tribus enim dieb⁹ ieiunauerat, induita est Ester regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regie interiori contra basilicam regis: & rex sedebat super solium suum in consistorio palati cōtra ostium domus. Dictio interpretata prius basilica & deinde consistorium, hebraicè sonat domum: & ad literam significat regium taberoaculum ex auleis aureis seu sericis costans: qualibus videmus ut magnos reges in locis publicis. Et propterea describitur rex sedens super solium suum in hac domo contra ostium domus, tabernaculum enim predictum domus regis & regni appellatur, & in ea sedens rex contra ostium domus ex lapidibus edificata.

Cunq; vidisset rex Ester reginam statem in atrio, placuit oculus eius: & extedit rex ad Ester virgine auream que erat in manu eius, accessitq; Ester & osculata est summittatem. Iuxta heb. habetur. & tetigit caput virge. Nec explicatur modus tangendi: verisimile tamen est q; osculando tetigit labiis. Dixitq; ad eam rex: quid tibi est Ester regina & que est petitio tua? etiam si dimidiā parte regni petieris, dabitur tibi. At illa respondit: si regi placet, veniat rex & Haman hodie ad coniuinium quod paraui ei. Dixitq; rex, vocate citam Haman ad faciendū verbum Ester: & venit rex & Haman ad coniuinium quod parauerat Ester. Dixitq; rex ad Ester postquam vinum biberat abundanter. Iuxta heb. habetur. in coniuilio vini. Et significatur nominatur vinum, ut laetificata corda ex vino describatur. quæ est petitio tua, & dabitur tibi: & quæ est requisitio tua? etiam si dimidiā parte regni petieris, impetrabis. Cui respondit Ester: petitio & requisitio mea est. Si inueni gratiam in oculis regis: & si regi placet dare petitionem meam & facere requisitionem meam: veniat rex & Haman ad coniuinium quod paraui. Iuxta Hebreum habetur quod faciam ei. Paraturam se dicit. & cras operia regi voluntatem meam.

Egressus est itaq; illo die Haman latuus & alacer. Iuxta Hebreum habetur.

## ESTER

habetur. & bonus corde. hoc est non solū latus extra. sed etiā intus in corde delectatus. cūque vidisset Haman Mordochai in porta regis. & non solum nō assurrexisse sibi. sed nec motum quidem de loco sessionis sue. indignatus est valde. Hinc clare apparet Mardochaeum renuisse exhibere etiam minimum honorē Hamā: & apocryphum esse quod scribitur. in ca. 13. timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem. Et dissimulata ira venit in domum suā: misitq; & venire fecit amicos suos. & Zeres vxorem suam. Et exposuit ei Haman magnitudinem diuinitarum. Parui refert q̄ hebraicē habetur. honorem diuinitarum suarū & multitudinem filiorū suorum: & omnia quibus magnificauerat cū rex & quibus eleuauerat cū super principes & seruos regis. materia enim non exigit tam exactam correctionem: & ppter ea multa in subsequentibus perfrāsibo. Dixitq; Hamā: insuper nō fecit venire Ester regina cum rege ad coniuīū quod fecit nī me. & etiam in crastinū ego vocatus sum ab ea cum rege. Et cū hæc omnia habeam. nihil me habere puto quandiu video Mordochas Iehudaeum sedentem in porta regis. Responderuntq; ei Zeres vxor eius. & ceteri amici: ubi parari excelsū lignam altitudinis quinquaginta cubitorum. & dic mane regi ut suspendatur super ipsum Mordochai. & sic ibi cū rege latus ad coniuīū: placuisse ei consilium. & iussit excelsam parari cruce. luxta Heb. habetur. & fecit lignū. genus enim non species patibuli significatur.

## CAPVT VI.

**N**on tam illam duxit rex insomnem. Iuxta Heb. habet. In nocte illa euaniū somnus regis. non enim voluntarius vigilauit. sed fugiente somno ab eo: disponet Deo per hæc media exaltationem Mardochei. iusseritq; sibi afferrī historias & annales priorum temporū. luxta heb. habetur. librum recordationum verborum dierum. cuius mētio facta est in calce secundi capituli. & fuerunt lecta coram eo. Et inventum est scriptū quod indicasse Mordochai de Bighana & Theres duobus eunuchis. Deficiūt multæ dictiones: nō subiungitur. regis ex custodibus maliūis: qui quiescerunt mittere manū in regem Achas' ueros. repetitur enim res gesta scripta in ca. 2. Dixitque rex. quid honoris ac premii. Heb. habetur. quid factū est honoris et magnitudinis Mordochai super hoc? cēset enim rex magnū quid deberi Mardocheo. & dixerunt pucrū regi ministri eius. nō est factum cum eo quicquam.

Dixitq; rex. quis est in atrio? Haman antem interius. Legendum est. exterius atrium domus regis intrauerat. corrupta siquidem scriptorum

## CAPVT VII.

478

scriptorū vitio videtur litera. ad dicendum regi ut inberet Mordochai suspensi in ligno quod parauerat ei. Dixeruntque pucrū regis ad eum. ecce Haman stans in atrio: & dixit rex. ingredietur. Ingressusque est Haman: & dixit eirer. quid debet fieri viro quē rex vult honorare? & dixit Haman in corde suo. cui volet rex facere honorē magis quā mibi. Dixitq; Haman ad regem: vir quem rex honorare cupit. debet indui vestibus regiis et imponi super equū quā de sella regis est. Iuxta hebraū clare habetur. super quem equitat rex. Ita quodd & vestem qua induit rex & equum super quem equitat rex. proponit. & accipere regium diadema super caput suum. Et primus de regis principibus ac tyramis teneat equū eius. Hebraicē hæc clausula legitur sic. Et dabunt vestem & equum per manū viri ex principibus regis ducibus. & induent virum cuius rex vult honorē: & faciat equitare ipsum super equum in platea ciuitatis. & vocabunt ante eum. sic fiet viro cuius rex vult honorē. Officium principis proponitur induere & collocare super equum virum quem rex vult honorare. commune autem officium præcedentium manifestare voce intelligibili causam tanti honoris esse voluntatem regis. Dixitque rex ad Haman. festina. & sumpta ueste & equo fac ita ut locutus es Mordochai Iehudæo qui sedet ante fores palatii. Quæstio oritur eo q; nihil dicitur de corona. Solutio est quodd cointelligitur etiā corona: ut testantur subiuncta regis verba. caue ne quicquam de iis qua locutus es presermitas. hinc enim apparet cū a executioni mandata fuisse. quanvis singula non repeatantur. Tullitque Haman uestem & equum. & induit Mordochai. & equitare fecit eum in platea ciuitatis: & clamauerunt ante eum. sic fiet viro cuius rex vult honorē.

Resuersusque est Mordochai ad portam regis: & Haman festinat in domū suam lugens & operio capite. Et narravit Haman Zeres vxoris sue & omnibus amicis suis omnia que acciderant ei: dixeruntq; ei sapientes eius & Zeres vxor eius. si de semine Iehudaeorum est Mordochai ante cuius conspectum cadere cepisti. nō prævalebis ei sed cadendo cadesante cum. Adhuc illis loquentibus cum eo. conuebiregis venerunt: & festinauerunt ad faciendū venire Haman ad coniuīū quod parauerat Ester.

## CAPVT VII.

Enit itaque rex & Haman ad bibendum cum Ester regina. Dixitq; rex ad Ester etiam in die secunda postquam viuo incaluerat. Iuxta heb. habetur. in coniuīo vini. Nihil turpe